



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri
tres**

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

Opiniones vari[a]e de morte ca.xx

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Liber Tertius

At suprema omnino natura est deus. Cui obedire toti inferiori naturae est naturale. Simpliciter ergo homini naturale est mori, et naturale resurgere, quoniam sic ab opifice omni natura statutus est

Opiniones variae de morte

Caput. xx.

Mortis meditationem summam esse philosophiaz dixit Plato. Nihil est enim quod magis aut eque appetit luxuriaz premit, et ad rationis regulam mores componat, quam semper ingruentis mortis meditatio. Apud Sertas, et Thracas, quidam feri sunt, et ad mortem paratissimi, quod redituras putant animas obeuntium. Quidam et si non redituras, non extinguunt tamen autumant, sed ad loca beatiora transire, alij mori quidem, sed id melius esse quam vivere. Foemine super virorum cadavera interfici, simulque sepeliri votum eximium habent, apud quosdam eorum puerperia lugebantur. Et has apud illam gentem opiniones disseminasse putandus est Orpheus, qui fuit indigena magni vir ingenij, et poeta suavis loquentis singularis, qua barbarorum animos demulcente, sylvas et saxa, hoc est sylvestres et saxeos homines ad ritum quoscumque libebat traducendi liberam praeterea habebat, dies natalium tristes agebantur, funera vero quasi sacra cum lusu et cantu iucundissime et cum summa hilaritate celebrabant, et recte quidem. Nam cum nascimur peregre proficiscimur, incerti quod iter, quod hospitium, quem vitam terminum sumus habituri, et cum morimur finita peregrinatione, in antiquae matris gremium reuocamur, peregrinationem hanc peccatores produci, sancti vero breviter semper rogant, hinc David inquit, Deum mihi quod incolat meus prolongat est

De multiplici genere mortis corporalis. et non esse tempus metendi post mortem. Caput. xxi.

Sed multipliciter et non vno modo mors dicitur, nam est mors hominis, qua homo dissolvitur, et voluit quidam theologus hominem, et omne totum quoddam tertium esse propter partes, quod earum et coitu resultat, et abitu dispareat, et id esse aiunt, quod morte totius dissipet. Est et alia quidam mors corporis, qua ulteriori resolutione reuertitur in ea, ex quibus constabat elementa. Prima si in Dei timore, si in pietate